

32 Disputatio prima, Art. II.

sunt possibilia, sed etiam possibilia sunt infinita infinitè contraria, & in ordine physico, & in ordine moralis, quorum propterè rationes essentiales imitabiles essent peraqùe contraria. Quomodo autem rationes tam contraria possent sociari in Deo? Quomodo sociari in Deo possent rationes qualitatibus in summo contrarietatis gradu correspondentes? An id non esset idem ac fingere Divinam essentiam infinitis contrarietibus perturbatam, & quasi constitutam ex fortitudine & debilitate, ex luce & tenebris, ex virtute & vicio; atque ut ita loquar, ex ente simul & nihilo?

X X I.
Et ita
Deus nece-
rit certò
possibilita-
tem talium
contraria-
rum.

Igitur Deus non habet certitudinem de omnibus possibilibus saltem contrariis, per comprehensionem sui in ratione entis participabilis, quia in Deo esse non possunt; & eapropter nec à Deo cognosci possunt in ipso participabilitates illa contraria. Unde sequitur vel Deum non cognoscere omnia possibilia contraria, vel saltem illa non cognoscere in se comprehenso; & ita nec per se comprehensum habere certitudinem de illis posse, contraquam affertum fuerit.

X X I I.
Sed inter
possibilia
nullum est
ultimum: &
ita Deus
non videbit
terminos sua-
potentiarum.

Respondeo, & concessa majori nego minorem, pro cuius probacione solvenda dico, quod licet Deus in essentia sua, quatenus participabili, videat possibilia omnia, nihilominus non videt terminum sua potentiae; quia nec possibilia illa videt ullo numero terminata. Certe si Deus videret ultimum possibile, videret terminum potentiarum sua: at hoc tam impossibile est, quam horam aeternitatis videre ultimam. Igitur è contrà ob id, quod videat Deus possibilia omnia, videt potentiam suam interminatam, uti terminata viderer, si non videret possibilia omnia; quandoquidem si vel unum è possibilibus non esset possibile Deo, Divina potentia non esset omnipotencia, & ideo foret terminata: nec aliter videretur, quia non videretur tanquam omnipotencia.

X X I I I.
Tum Ad
versarius
frustrè fingit
tot vel tot
species possi-
biles, & simi-
liter tot
vel tot indi-
vidua
possibilia.

Hinc patet quam pravè opponatur ab Adversario, quod in nostra hypothesi videret Deus tot individua in tot speciebus producibili; siquidem species producibles multoque minus individua intra illas producibilia numerum non habent, uti terminum non habent, sive spatia, sive tempora ad quæ posset Deus Orem extendere; & sic de ceteris possibilibus, quorum de cetero non licet in Deo notitiam confusam utilibet cogitare; quasi fatus sit, si Deus noverit sibi nihil impossibile esse. Non, inquam, licet, quia ex adverso omnis notitia quæ in Deo est, cogitanda est ad supremum evidenter gradum perducta propter modum comprehensivum quo Deus novit quidquid novit. Quare graviter errat